



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

cxx. Quomodo & corrodantur pinnae accipitrum & curentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

subuenitur, quod recipit symphyti surculos cum radicibus, & reū Ponticum, simul misceantur ex aqua, ad tertias decoquuntur, in quartam partem decoctionis reū Ponticum addatur: accipiter perfundatur, usque dum persanatus sit; post infusionem ei cibus detur columba.

*Ad defluxionem pinnarum.*

**V**ITISSLIMA res est accipitri pinnarum ornatus, & ad illius virtutis officium præstandum aptissima. Si pinnæ ipsius defluant, & ipse spolietur naturali suo ornamento: sumatur tedæ pinguis, & rubi radicum, & platani, singulorum manipulus unus: in ollam injiciatur, ad tertias decoquatur ex acerrimo aceto, eaque decoctione conspergatur accipiter. & pinnæ fluere desinent.

*Quomodo & corrodantur pinne accipitrum & curentur.*

**E**XEDVNTVR sæpe pinnæ noxio quodam humore. Ita curari conuenit. Nitrum Gallicū, & cimices, qui nondum ex lecto deciderint, conteras in acerrimo aceto: emplastrum facias, aperias pinnas,

M

vbi videbuntur corrosæ , linito , & sa-nabis.

*Si pinne inflationibus turgeant.*

**I**NFLATIONES rescindas , & pinnas plenas perfores , & vino veteri locum eluas , & vitis farmenta combusta cum bubulo felle in puluerem redigas , eum infundas in plenas pinnas.

*Ad eum qui suas pinnas rodit.*

**S**i accipiter suas corredit pinnas , & cum pediculos non habeat , tamen pediculos inquirit . Scrutare coliculos pinnarū caudæ & plumas . inuenies quiddam nigrum intra radices pinnarum , id acu compungito , inspirato vinum yetus , mali punici cortice trito vngito .

*Ad refractas pinnas.*

**Q**VI à natura rectas non habet pinnas , sed refractas , ita curabitur . Aqua potabili calida frequenter remiges pinnas souebis .

*Decidentium pinnarum remedium.*

**L**AURI vel nucis oleo foramina , vnde pinnæ decidunt , vngito , aut ex tuo